tere res Mathematicas apprimè gratas esse Regi, qui Regnorum suorum emolumento incumbit. Hoc enim, cum vel e re Militari, Mercaturâ, re Nauticâ, Agriculturâ, vel Artibus Mechanicis proveniat; quid his magis utile, imò necessarium, iis studiis quæ ad Matheſim pertinent: inter hæc autem, ea quæ in hoc libello tractantur, postremo loco non sunt habenda; utpote quæ non solum utilia, sed & jucunda præ cæteris reputantur: hisce fretus, ad Majestatis tuæ pedes, devotione quâ decet, Opusculum hoc deponit,

Majestatis tuæ

Humillimus

ac Devotissimus Subditus,

Jacobus Gregorie.

Lectoribus